

dem significare vellemus. Nam et multum hominem venisse Romam et piscem vilem esse dicimus. Item in stipulando satis habemus (nempe curamus) de hærede cavere: si ea res, *secundum me, hæredemque meum* iudicata erit, et rursus quod ob eam *rem te, hæredemve tuum*; nempe æque si plures hæredes sint, continentur stipulatione. » *Enimvero* « hæredis appellatione omnes significari successores credendum est, etsi verbis non sint expressi. » L. 138 et l. 170, ff. *De verb. sign.* Item in conventionibus,

PAGANA PROPOSITIO.

Vide verb. PROPOSITIONES DAMNATE num. 28.

PALATIUM

Vid. verb. IMMUNITAS, art. 2 a num. 71 ad 88, ubi late de immunitate qua gaudere possunt palatia cardinalium, legatorum, principum, regum, nuntiorum et episcoporum.

PALLIUM.

SUMMARIUM.

1. Instantiæ pro pallii concessione ab advocatis consistorialibus proponi debent, ad n. 2. — 3. Alia

(1. Instantiæ pro pallii concessione ab advocatis consistorialibus proponi debent. Bened. XIV, constit. 106, incip. *Inter conspicuos*, § 18. (2. Pallium conceditur et transmittitur patriarchæ Antiocheno Græcorum Melchitarum. Idem const. 92, incip. *Dum nobiscum*. Pallium transmittitur patriarchæ Maronitarum. Idem, const. 101, incip. *Lit-teras*.

(3. Pallia patriarchis et archiepiscopis ab Apostolica Sede concedi et mitti consueverunt a primis usque Ecclesiæ sæculis. Idem, tom. II, const. 60, incip. *Rerum Ecclesiasticarum*. (4. Eadem antea solemniter benedicta fuisse non dubitatur. Idem, *ibid.* (5. Palliorum benedictio in ecclesia S. Petri, præviis cleri vigiliis, aliisque sacris cæremoniis fieri solebat. Idem, *ibid.* (6. Ritus hujusmodi nonnullas subierunt mutationes, quæ assignantur. Idem, *ibidem*.

(7. Palliorum benedictionem in posterum a Summo Pontifice fieri statuitur in pervigilio Apostolorum post vespas in Vaticana basilica celebratas. Idem, *ibid.* (8. Vel absente Pontifice ab eo cardinale, qui Pontificalia peregerit. Idem, *ibid.* (9. Hujusmodi benedictionis ritus et formula statuitur: idem, *ibidem*, et est sequens.

(10. Post vespas, Pontifex, seu cardinalis, qui illius vice in Pontificalibus officio astiterit, ipsa pallia ter aspergit aqua benedicta, dicendo antiphonam: *Asperges me*, etc. (11. Ac ter incenso adolet, deinde dicit:

ŷ. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*
ñ. *Qui fecit cælum et terram.*
ŷ. *Dominus vobiscum.*
ñ. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS. *Deus Pastor æterne animarum,*

« cum generaliter adjicimus, *eive ad quem res pertinebit*, et adrogati, et eorum qui jure nobis succedunt, personas comprehendimus. » L. 53, § ff. *De obligat. et act.* Pronomina et adverbia comparationis non semper accipiuntur in sensu comparativo. Sic si stipulatus sum quantominus a debitor meo mihi solutum erit: *minus solutum intelligitur*, etiamsi nihil esset solutum, L. 32 ff. *De verb. signif.* Alia habes exempla in stipulatione legis Falcidiæ, in stipulatione *de rato**.

ad rem ad n. 14. De pallio Græcorum, quod *omophorion* appellant, vide additamentum in fine.

qui eas ovium nomine designatas, per Jesum Christum Filium tuum, beato Petro apostolo, ejusque successoribus, boni Pastoris typo regendas commisisti, atque ipsis sacramentum vestium symbolis pastoralis curæ documenta significari voluisti; effunde per ministerium nostrum super hæc pallia de beatorum apostolorum principum altari sumpta copiosam benedictionis et sanctificationis tuæ gratiam, ut quam mystice representant pastoralis officii plenitudinem, atque excellentiam, pleno quoque operentur effectu Humilitatis nostræ preces benignus excipe, atque eorumdem apostolorum meritis et suffragiis concede, ut quicumque ea, te largiente, gestaverit intelligat se ovium tuarum pastorem, atque in opere exhibeat, quod signatur in nomine. Sit boni, magnique illius imitator pastoris, qui errantem ovem humeris suis impositam ceteris adunavit, pro quibus animam posuit. Sit ejus exemplo in custodia gregis sibi commissi sollicitus, sit vigil, sit circumspectus, ne qua ovis in morsus incidat, fraudesque luporum. Sit disciplina zelo districtus, quod perierat requirens, quod alienum reducens, quod contractum alligans, quod pingue et forte custodiens. Videat humeris suis impositam crucem, quam filius tuus proposito sibi gaudio sustinere non recusavit; sitque illi crucifixus mundus et ipse mundo. Tollat injectum collo suo evangelicum jugum, sitque ei ita leve ac suave, ut in via mandatorum tuorum ceteris exemplo et observatione præcurrat. Sit ei hoc symbolum unitatis et cum Apostolica Sede communionis perfectæ tessera, sit charitatis vinculum, sit divinæ hereditatis funiculus, sit æternæ securitatis pignus, ut in die adventus et revelationis magni Dei, pastorumque principis Jesu Christi, cum ovibus sibi creditis, stola potiatur immor-

talitatis et gloriæ. Per eundem Dominum nostrum, etc.

(12. Pallium suscipientes absentium antistitum nomine præstare debent juramentum in manibus cardinalis S. R. E. diaconorum prioris pro tempore existentis, dum pallium ipsis ferendum, seu transmittendum suscipiunt, ut sequitur:

(13. « Ego N. procurator et procuratorio nomine et pro parte revendissimi in Christo Patris et Domini N. electi Ecclesiæ N. instantanter, instantius et instantissime peto mihi tradi et assignari pallium de corpore beati Petri sumptum, in quo est plenitudo pontificalis officii, et promitto illud reverenter portare, vel portari facere eidem reverendissimo Patri domino N. Sic me Deus adjuvet et hæc saneta Dei Evangelia. »

(14. Pallia archiepiscopalia in Vaticana Basilica prope corpus S. Petri semper asservari jubentur in capsula argentea auro obducta, quam Pontifex dono dedit. Idem, *ib.* Ejus arculæ custodia ad altaristam canonicum spectat. Idem, *ibid.*

* ADDITAMENTUM.

Pauca addam de pallio Græcorum, quod *omophorion* appellant. Ingens inter Latinorum et Græcorum pallium intercedere discrimen scite monuit Bona, *Rer. liturg.*, lib. I, c. 24, num. 16, idque sive formam

PANTHEISMUS.

ARTICULUS NOVUS EX ALIENA MANU.

SUMMARIUM.

1. Pantheismus quid sit. — 2. Pantheistæ realiter athei, ad n. 7. — 3. Refertur impietas illorum qui Moysen, D. Paulum, aliosque probatissimos in-

De pantheismo quoque in hac *Bibliotheca* disputandum constitui, ut ea in nova hac editione titulo ab auctore præfixo, quoad fieri possit, respondeat. Cum enim etiam dogmaticam theologiam tractandam auctor proposuerit, facile patet, pantheismi errorem et impietatem exponi in eadem ac refutari oportere. Est enim error hujusmodi omnium pessimus, ac theologiam a fundamentis evertit; in eo enim situs est pantheismus, ut Deum mundi auctorem, conservatorem, atque rectorem de medio tollat; ad declinandam vero atheismi infamiam, Deum profiteri fingit. At si roges quinam sit hujusmodi Deus, respondere cogitur, esse mundum ipsum, ac ipsam rerum universitatem. Pantheismus ergo error est, qui totum mundum, sive rerum universitatem pro prima causa, ac pro Deo rerum omnium auctore habet. Quamobrem pantheistæ re quidem, etsi non nomine, athei sunt.

(2. Athei dicuntur qui Deum esse negant; nam qui nunquam norint, non nisi improprie, vel negative athei nuncupantur. Ii vero vel practici sunt, vel theoretici. Athei practici appellantur, qui ita passionibus et cupiditatibus indulgent, ut certa indicia

species, sive etiam usum. Nimirum Latinum solis archiepiscopis, aut ex singulari privilegio paucis aliis episcopis tribuitur; Græcum omnibus episcopis commune est, qui, cum Evangelium legendum est, illud deponunt et paulo ante communionem reassumunt; ut docet Simeon Thessalonicensis lib. *De templo et missa*.

Quod commune omnibus eorum episcopis sit, privilegium fecit malis artibus a Joanne XI extortum in gratiam Constantinopolitani patriarchæ, ut tum Theophylactus tunc patriarcha, tum ejus successores absque Romani Pontificis auctoritate pallio uti possent, *Ex quo turpi commercio*, inquit Liutprandus æqualis illorum temporum in legatione 11 Constantinopolitana « vituperandus mos inolevit, ut non solum patriarchæ, sed etiam episcopi totius Græciæ pallio utantur. »

Ut huic abusui aliquid remedii adhiberetur statutum a concilio Lateranensi fuit, ut orientales patriarchæ, postquam pallium ipsi a Romano Pontifice suscepissent, illud suis quoque suffraganeis tribuerent, accepto antea ab illis fidelitatis et obedientiæ jurejurando. Confer Goardum, *Echolog. Græcor.*, p. 258.

Alia de pallio vide tom. I, verb. ARCHIEPISCOPUS, art. 3, per totum.

ter pantheistas recensent. — 9. Varii philosophi a pantheismo excluduntur, ad num. 14. — Pantheistarum et atheorum error refutatur, ad n. 16.

præbeant, ita se vivere, quia Deum non credunt. Theoreticorum vero duplex est ordo: alter eorum, qui Dei naturam aperte sustulerunt, cujusmodi fuere Diagoras, Protagoras, Theodorus, alique pauci; eorum alter, qui Deum aperte non negarunt, sed eas statuere, ac probare philosophiæ hypotheses, ex quibus id per legitimam consecutionem sequeretur: hujusmodi fuere Epicurei, Anaximandri et Stratonis sectatores, atque ex recentioribus Hobbesius, Tollandus, ac Benedictus Spinosa. Adde quoque possunt sceptici, qui de omnibus dubitantes, Dei quoque existentiam in dubium revocant.

(3. Athei secundi ordinis pantheistæ appellari solent: quia, sublata superna mente, quæ res condiderit et regat, primam causam, ac primum principium rerum, mutationumque omnium, materiam habent, ex qua omnia constant, cujusque res singulæ partes sunt, et mutationes, actionesque, formæ, modi, aut affectiones. Hinc totum ipsum, Deum: ipsius vero partes, Dei partes, vel attributa, et actiones, mutationesque, Dei operationes, et affectiones, aut modos vocant.

(4. Sunt autem quædam in quibus pan-

theistæ omnes conveniunt, et quædam in quibus invicem dissident. Inter omnes convenit materiam esse ens necessarium, increatum, æternum, secundum totum immutabile, ac mutabile secundum partes, et motum quemdam, aut conatum ad motum habere, ac ex hac materia, ejusque naturali virtute universum, sive res omnes quæ in universo sunt, atque mutationes singulas oriri. Dissidium vero est circa materiæ naturam, atque proprietates, per quas res omnes, ac functiones singulas efficiat. Epicurei atque Stratonici materiam in particulas, sive minutas moleculas, vel atomos divisam natura sua adstruunt. Illi atomis diversa figura præditis motum quemdam inditum esse aiunt, ac Epicurus in nonnullis atomis motum quoque declinationis confinxit, quo combinari facilius possent. Stratonici vero addidere particulis illis vitam quamdam, et plasticam virtutem per omnia diffusam, quæ initia in se habeat motus, sensus, rationis, atque consilii, licet ipsa sensus rationisque sit expers. Epicurei itaque fingunt, ex fortuito illo motu atomorum in immenso spatio, post innumeras per infinitum tempus combinationes, tandem ea omnia prodiisse quibus universum constat, et conservatur, mentem quoque hominis, ejusque libertatem, quam per declinationem atomorum explicare conantur. Stratonici per illam plasticam virtutem res omnes necessarie productas fingunt, ac pro materiæ dispositione varios effectus fieri, hoc est vegetationem in plantis, sensum in brutis, et in homine rationem etiam atque consilium.

(5. Anaximander et Spinoza materiam, unam, immensam, infinitam, et secundum se totam immutabilem, mutabilem vero secundum partes confingunt. Anaximander vero ait materiam per motum, et naturales qualitates frigoris, caloris, humiditatis, et siccitatis producere reales formas magnitudine, figura, motu et quiete distinctas, inter quas formas vitam quoque animale, sensum et rationem constituēbat, et hac ratione infinitos antea genitos mundos, atque infinitos gignendos imaginabatur, qui corrupti in naturæ infinitatem redirent, cujus deinde virtute novi successive, non secus ac Epicurus, de fortuito atomorum concursu philosophatus est.

(6. Benedictus autem Spinoza, gente ac religione Judæus, qui natus Amstelodami die 14 Nov. 1632, obiit Hagæ Comitum 21 Febr. 1677 in impia sua *Ethica* atheismum mathematica demonstrare methodo conatus est, absurda quadam conficta hypothesi, in qua materiæ infinitæ, et immensæ, infinitam quoque cogitationem asseruit. Hypothesis autem hæc est. Fingit substantiam unam tantum esse posse, eamque æternam, necessariam, infinitam, immensam; substantiæ vero præcipuas proprietates esse extensionem immensam, et cogitationem infinitam. Modos autem, et affectiones, quibus substantia illa, quatenus extensa est, particularia corpora constituit, et qua-

tenus cogitans, belluas, hominesque efficit, substantias, sive Dei attributa, et affectiones vocat, quæ determinato quodam modo Dei essentiam exprimunt. Hinc lapis, e. g., non est, nisi substantia, sive Deus, quatenus extensus, qui particulari modo per illud attributum exprimitur: bellua quoque Deus est, qui per illius organa et animam, extensionem et sensum, finito ac determinato modo exprimit: hominis denique mens eadem substantia est, quatenus cogitans, non ut infinita, sed « quatenus humanæ mentis essentiam constituens, hanc, vel illam habeat ideam, et sibi conscia hoc, vel illo particulari modo delectabiliter operatur, » licet semper necessarie. « Vide, inquit doctissimus Salignac, Spinosisticum Deum! duo homines, quorum unus negat, alter ait, unus fallitur, alter verum assequitur, unus adorat, blasphematur alter Deum, nil sunt nisi unum indivisible ens, una substantia, sive Deus, qui in uno ait, negat in altero, fallitur in uno, non vero in alio, colit in illo Deum, in hoc blasphematur. En Spinosæ numen! » Quis vero finget in indivisibili infinita substantia tot diversos modos, in perfecta unitate tantam rerum varietatem et multitudinem, in invariabili et infinito, mutationes et limites? Hæc sunt profanorum ætatis nostræ hominum deliria. Hæc portentosa eorum sapientiæ inventa sunt, qui, ut supra cæteros sese extollant, *spiritus fortes* appellari solent.

(7. Hactenus pantheistarum hypotheses exposuimus. Quoniam vero in describenda pantheismi historia, et in pantheistis recensendis impii quidam Angli, ac Bailius, Buddeus, et etiam Antonius Genuensis turpiter erraverunt non sine maxima injuria etiam sanctorum hominum, et cum aliquo religionis detrimento, animadvertere hic operæ pretium duximus, satis non esse ad insimulandum hominem pantheismi, ut vel vocabula quædam adhibuerit a veris pantheistis usurpata, vel hypotheses usurpaverit ad naturæ phenomena explicanda, quæ aliqua in parte supra recensitis sint similes: sed necessarium præterea esse, ut Deum non agnoscant universi auctorem rectoremque. Hæc ergo qui Deum astruunt a rerum universitate distinctum, atque diversum, qui mundum condiderit, conservet et regat, non nisi per summam injuriam pantheismi accusantur. Ac multo major injuria est, si in Deum etiam materiæ creatorem esse fateantur. Hæc adeo clara sunt, ut demonstratione non egeant, et ut pro explorata regula haberi possint in texenda pantheismi historia.

(8. Quæ cum ita sint, quis non rideat impios illos Anglos, qui Moysen, sanctum Paulum aliosque probatissimos viros veriti non sunt inter pantheistas recensere? Quid enim clarius in Mosis libris, atque in Paulinis *Epistolis*, quam quod Deus creaverit cælum et terram, quodque omnia virtute sua conservet et regat? Scio hos fingere, Moysen nomine Spiritus Dei, qui ferebatur super aquas, vim quamdam in natura æ-

tivam, et genitricem, aut plasticam virtutem designasse. At quid hoc cum pantheismo commune habet? Nam vis illa, quæcunque fuerit, ex Deo est, qui mundum condidit atque regit. Ait quoque Paulus: *In Deo vivimus, movemur et sumus*; sed cum eundem Deum opificem summum, rectoremque astruat universi, qua ratione verba illa in Spinosisticum sensum trahi poterunt, cum satis perspicue expriment, Deum mundi auctorem immensitate sua nobis præsentem esse, ac actione sua ita nos conservare et fovere, ut in ipso simus, ac per ipsum moveamur atque vivamus? Sed mittamus hæc, atque ad alia veniamus.

(9. Primo itaque constat perperam inter pantheistas recenseri antiquos philosophos, qui hypotheses adhibuerit etiam similes, quas exposuimus ad explicandam mundi genesis, rerumque propagationem, et effectus, dum constat, his non negasse, sed præsupposuisse Dei existentiam, et providentiam; cum enim id nobis constet, palam sit illas hypotheses excogitasse ad modum explicandum, quo causæ secundæ juxta leges a prima causa præscriptas, Mundi genesis, effectusque reliquos efficiant. Ita sane egisse philosophos omnes qui ante Anaxagoram physicam rerum causam investigarunt, ac etiam eos qui ex minimis moleculis ante Democritum cuncta fieri autmarunt, observatum a pluribus est, ut optime advertunt Gerdil, Ansaldus, Cudworthius, Jo. Albertus Fabricius, aliique.

(10. Secundo, nec inter pantheistas haberi posse Stoicos, aliosque antiquos, qui Deum mundi auctorem rectoremque asseruerunt, quod Deum quandoque dixerint animam mundi. Nam exploratum est, hos animæ nomen non nisi improprie usurpare, et longe alio diverso sensu, ac mens anima hominis nuncupatur; cum hæc corporis, hominisque auctor non sit, sed pars sit hominis, humanarumque functionum principium. At multo minus pantheismi suspecti sunt, qui Deum continuata actione creaturas conservare, cum ipsis concurrere, aut etiam præmovere eas asserunt. Nam in Deum cum rerum universitate neutiquam confundunt, sed supremi illius domini exercitium explicant in res, earumque functiones: quod notatum iis velim, qui Genuensis metaphysicam legunt.

(11. Tertio, nec jure pantheismi suspecti habentur Morus, Clarkius, Cudworthius, Rapsonius, aliique, qui spatium pro Dei immensitate habent. Nam in existentiam et providentiam Dei asserunt, probant et explicant, atque ab hac fieri regique omnia tuentur. Ubi ergo pantheismus est? Nunquid ex eo quod, penetrato a rerum universitate spatio, hoc una cum illa rem indivisam constituit? At id Genuensis cerebrum fingit, sed nunquam probabit; cum spiritum corpus penetrare, quin eadem cum illo substantia fiat, norint fere omnes; cumque mutuam corporis penetrationem contingere per miraculum posse, nostri theologi omnes propugnant, ac philosophorum plerique,

quin jactata ab illo inde sequatur identitas. Hæc ergo reprehendi ea unice de causa possunt, quod immensitatem Dei rite non explicant, sed pantheismi accusari non possunt.

(12. Quarto, neque in pantheistæ existimari possunt, qui licet mundum æternum putaverint, Deum tamen illius auctorem rectoremque norunt atque probarunt, ut Aristoteles et recentiores Platonici; sed dicti duntaxat potest, Aristotelem beneficam Dei libertatem negasse. Excusari autem nequeunt illi qui naturas homine præstantiores astruebant, sed ortas illas fingebant cum tota rerum universitate *ex chaos et Oceano* in ipso rerum exordio. Nam naturas illas ex materia prodiisse, aiunt, atque partes esse universi, sive conficti ab pantheistis Dei.

(13. Quinto denique, injuria Bailium et alios Scotistas ob assertas naturas a parte rei metaphysice universales, et univocationem entis, pantheismi et spinosismi insimulare. Nam præterquam quod longe diverso a Spinosæ sensu entis unitatem, quæ sola abstractione mentis continetur, agnoscunt, perspicuum est eos admittere Deum etiam materiæ creatorem ac moderatorem rerum omnium. Eadem ratione constat, non nisi per summam impudentiam suspectos prædicari pantheismi Peripateticos ob admissas reales formas iis similes quas Anaximander confinxerat. Nam in recte de Deo ejusque providentia sentiebant.

(14. Præter hæc, ad cognoscendum quam levia et suspecta sint indicia quibus profani homines moventur, ad augendum atheorum numerum, atque ad conciliandam per aliorum auctoritatem quamdam impietati verisimilitudinem, observare etiam necesse est, homines plerumque atheos, aut sine religione dictos a nonnullis fuisse, vel quod receptam apud suos religionem non servarent, vel quod falsa numina colerent, vel quod datam fidem facile infringerent, vel denique, quod efferatis moribus ostenderent parum apud eos potuisse minarum supremi Numinis metum atque terrorem. Hæc omnia exemplis probantur. Anaxagoras, Socrates et Evehemerus ab antiquis nonnullis athei appellati fuere, licet Deum mundi auctorem rectoremque agnoscerent atque docerent: quia primus solem a deorum numero expunxit; alter deos gentium recusavit; tertius vero, quia deorum Græciæ popularium ortum, et sepulcra demonstraverat, ut Clemens Alexandrinus ostendit; accedit etiam Judæos, et Christianos atheos a gentibus passim appellatos fuisse, quod idola, ut ipsi, non colerent, ut ex Justino, Athenagora, Tertulliano aliisque Christianæ religionis apologistis, novimus. Item Atlantes, ut refert Mela, atque Æthiopes, qui ad torridam zonam habitant, teste Strabone, athei appellati fuere, quod solem execrarentur, veluti ipsis noxium, licet aliunde constet religionem servasse. Sanctus Nilus atheos vocavit Arabes, quos adorasse matutinam stellam recenset. Ob efferatos mores a Macrobio gigantes, a Porphyrio Troes, et

a Dionysio Pariegete Nasamones atheni vocati fuere, de quorum sane religione aliunde constat. Denique, ut alia mittam, Galli, quos maxime religioni deditos Cæsar exhibuit in suis de bello Gallico Commentariis, a Cicerone *Or. pro Fontejo* sine religione dicuntur, ea fortasse de causa, quod fidem datam facile infringerent. Atque hæc satis quoad historiam.

(15. Ad errorem quod spectat, quæ sola explicatione refellitur, satis duximus argumenta per summa capita indicare, quibus confutatur, ac celebriores, qui hanc oppugnaverunt, auctores recensere. Primum itaque consensus omnium cujusq. ætatis gentium in asserendo mundum statuto tempore a supremo Numine conditum esse, ejusque providentia gubernari, invictum argumentum depromptum est ex traditione a primis hominibus ad posteros ubique locorum diffusos transmissa, quo ostenditur Deum esse supremum mundi opificem, conservatorem atque rectorem. Inter plures qui de hoc argumento scripserunt, videri poterunt opera Patris Monelæ, ac Patris Vincentii Patuzzi, celeberrimi e Dominicana familia theologorum, quorum primus adversus fatalistas et materialistas, alter vero de vitæ futuræ statu nuperrime scripsit: videri quoque poterit auctor principiorum religionis naturalis, et revelatæ, qui circa operis initium hujusmodi argumentum accurate tractat, et Joannes Albertus Fabricius in *Delectu argumentorum et Syllabo scriptorum*, qui veritatem religionis Christianæ adversus atheos, Epicureos, etc., asseruerunt. Is sane, cap. 8, argumentum a consensu generis humani erudite prosequitur, et nullas unquam esse, vel fuisse gentes atheas ostendit, ac n. 5, plures auctores recenset, qui ex professo de hoc argumento tractarunt.

(16. Argumenta reliqua ex rerum natura,

PAPA.

ARTICULUS I.

Quoad ea quæ concernunt Papæ electionem, consecrationem et coronationem.

SUMMARIUM.

1. Papa non potest sibi successorem eligere. — 2. Papa prohibetur eligere sibi successorem, non solum de jure ecclesiastico, sed etiam de jure divino et naturali. — 3. Adducitur et solvitur instantia de Christo qui sibi successorem elegit S. Petrum apostolum, ad num. 4. — 5. Adducitur et solvitur instantia de S. Petro Apostolo, qui traditur sibi elegisse successorem S. Clementem, ad num. 6. — 7. Non parva est controversia inter doctores, an Clemens fuerit secundus, vel quartus Summus Pontifex? — 8. Ostenditur veritas de assumptione S. Clementis in Pontificem. — 9. Adducitur et solvitur instantia de Bonifacio II qui dicitur elegisse sibi successorem Vigilium diaconum, ad num. 10. — 11. Hinc plures Pontifices etiam ex non primævis, licet rogati, et persuasi ad sibi successorem eligendum, id facere omnino recusarunt. — 12. Unde a papa nequit valide fieri constitutio etiam de consensu cardinalium, quod Summus Pontifex possit sibi successorem substituere. — 13. Summus ergo Pontifex assumi debet per electionem quæ post S.

motu, et finibus petita, ab omnibus fere philosophis, et theologis nostris recensentur, dum Dei existentiam et providentiam adversus atheos et epicureos demonstrant. Inter hæc vero plurimum ad pantheismum refutandum valet argumentum ex rerum contingentia desumptum, de qua fuse disputat laudatus Pater Monelia in suo opere contra materialistas, ubi luculenter demonstrat, non solum rerum individua, atque species, et aspectabilem mundum, sed etiam materiam ipsam contingentem esse, ideoque esse non potuisse, ac sola libera supremi Opificis actione creatam esse, atque conservari. Et sane ens contingens est, quod ita existit, ut possit non existere. Materia vero ita se habet. Etenim in notione materiæ idea existentia non relucet; cum æque bene concipere possimus nullam materiam existere, ac concipiamus posse non existere materiam, de qua urbs nostra constat, vel ex qua formatus est sol, luna, etc. Nil enim prohibet quominus fingamus materiam hujusmodi non existere. Concipere ergo possumus nullam existere materiam. Ergo materia universa per notionem quam ingerit, nobis veluti ens contingens exhibetur. Si contingens est, in se sufficientem rationem existentia suæ non habet, sed in causa aliqua libera, cujus libera actione sit, et conservetur. Atque hæc causa Deus est, auctor, conservator et rector universi. Vide etiam auctores qui contra pantheistas et Spinosam ex professo scripserunt, scilicet Antonium Genuensem in sua *Metaphysica*, Franciscum Lamy Benedictinum congregationis S. Mauri, Henricum Morum, Isaacum Jaquelotum, Samuelem Clarck, aliosque bene multos, quos recenset Jo. Albertus Fabricius in opere supra citato. Vide infra verb. RELIGIO.

Petrum fuit apud Ecclesiæ Romanæ senatum ex 24 presbyteris et diaconis Romanæ Urbis, quos ipse S. Petrus tanquam senatores Romanæ Ecclesiæ in locum absentium Apostolorum instituit ad instar 24 Seniorum. — 14. Deinde vero post tempora S. Silvestri, orientibus scandalis, et scissuris inter hujusmodi Ecclesiæ senatores, reliquos clerus Romanus, ac populus ad præsentiam, et corroboracionem exhibendam adjunctus est electioni Pontificis. — 15. Processu autem temporis ad sedandas adhuc contentiones et tumultus qui in ejusmodi electione nihilominus oriebantur, imperatores suas manus huic electioni interponere cœperunt, non quidem auctoritate electiva, seu vere confirmativa, sed solum opitulativa, seu auxiliativa et executiva. — 16. Adducitur, et solvitur instantia, ad num. 18. — 19. Papa non potest alteri impertiri facultatem eligendi Summum Pontificem. — 20. Nicolaus ad sedandas seditiones, tumultus et rixas quæ in electione Summi Pontificis oriebantur, statuit, ut electio Papæ a cardinalibus episcopis perageretur, ac deinde reliqui cardinales, clerus, ac populus Romanus ad eam comprobendam accederent; salvo tamen honore et reverentia imperatoris. — 21. Sed quia adhuc quandoque violentia imperatorum in electione papæ schismata oriebantur, ab Alexan-

dro III in solum collegium cardinalium posita fuit Papæ electio, ita ut ille censeretur canonice electus, in quem dux ex tribus partibus omnium cardinalium consensus, excluso penitus ab illa cleri, et populi, et imperatoris consensu, quod et fuit confirmatum a pluribus aliis Pontificibus, et servatur adhuc in dies. — 22. Insuper, ne diuturnæ vocationis incommodis Romana Ecclesia premeretur, neve cardinales possent ambientibus studiis corumpi, plures Summi Pontifices circa electionem Papæ varia statuerunt, quorum aliqua magis notabilia hic referuntur. — 23. Primo igitur ante Papæ electionem, statim, priore defuncto, cardinales absentes sunt monendi, ac per decem dies a die mortis Pontificis computandos, expectandi. — 24. Si tamen ante dictos decem dies elapsos ex aliqua justa causa præveniendi, fiat Papæ electio a communi cardinalium præsentium, vel duorum partium eorum consensu, non expectatis cardinalibus absentibus, talis electio erit valida. — 25. Cardinales absentes non sunt solemniter vocatione vocandi, seu citandi. — 26. Cardinales præsentibus solent certiorare cardinales absentes, de obitu Pontificis per litteras particulares a secretario Sacri Collegii suscriptas. — 27. Cardinales absentes, licet desint ex publica causa, et de licentia Romani Pontificis, ad electionem successoris expectandi non sunt ultra decem dies. — 28. Cardinales præsentibus per novem dies debent celebrare exsequias defuncti Pontificis. — 29. Secundo, dum exsequia per dictos novem dies a cardinalibus celebrantur, singulis diebus Cardinales non impediunt, in basilica Vaticana conveniunt, et in ejusdem sacristia varia peragunt, quæ assignantur. — 30. Decima vero die, celebrata prius in eadem basilica missa de Spiritu sancto, cardinales in Urbe existentes, et legitime non impediti, processionaliter conclave ingrediuntur; legitime autem impediti solent sero privatim ingredi. — 31. Omnibus autem de sero exclusis, præter eos qui in conclavi cum cardinalibus sunt, varia interim peraguntur, quæ hic notantur. — 32. In conclavi sub clausura, ultra cardinales, quinam regulariter remanere soleant? ad num. 33. — 34. Circa cibum et potum intra conclave cardinalibus portandum, quid fuerit statutum? — 35. Tertio, ad hujus rigoris observantiam constituuntur exsecutores ex præcipuis magnatibus civitatis, ubi electio celebratur. — 36. Electio Summi Pontificis est celebranda ab ipsis tantummodo cardinalibus. — 37. Unde cardinales omnes, etiam nuper creati et publicati vocem habent in electione Pontificis, etiamsi nondum insignia cardinalatus acceperint, neque os clausum, aut si clausum fuerit, nondum tamen apertum sit. — 38. Cardinales omnes ad electionem Pontificis admittuntur, quamvis excommunicati, suspensi aut interdicti. — 39. Cardinales vero nondum ordinati ad diaconatum, in electione Pontificis vocem non habent ex constitutionibus variorum Pontificum; quibus tamen constitutionibus quoad hoc hactenus derogare solent Summi Pontifices, quando cardinales nondum diaconos creant, et ad hoc expedire jubent breve particulare. — 40. Si ante factam electionem plurimi cardinales decedant, vel recedant, et nolint electioni intervenire, electio pertinet ad solos superstitibus et electioni interessentes, quamvis duo tantum remaneant. — 41. Imo, quamvis unus solus remanserit, ad ipsum spectabit electio. — 42. Non potest tamen ille eligere seipsum. — 43. Assignatur modus quo possit talis cardinalis seipsum eligere. — 44. Si omnes cardinales morerentur ante factam electionem, ad quem spectabit electio? — 45. Sede vacante tempore concilii generalis legitime congregati, electio Pontificis spectat ad cardinales, et non ad concilium. — 46. Licet ex quibusdam canonibus antiquis videretur non posse eligi in Summum Pontificem, nisi qui esset cardinalis. — 47. Tamen nunc potest eligi etiam non cardinalis. — 48. Imo etiam

laicus potest eligi in Pontificem. — 49. Nec electionis validitati obstabit, si uxoratus in Pontificem eligatur. — 50. Si autem vir absque licentia uxoris ad Summum promoveretur Pontificatum, posset ab ipsa revocari, et ei debitum reddere teneretur. — 51. Femina Papa esse non potest. — 52. Hinc exploditur fabula de Joanna Papissa. — 53. Eligendus in Summum Pontificem congruit ut sit maturæ ætatis, unde non potest licite eligi minor triginta annis. — 54. Si tamen eligeretur in Summum Pontificem aliquis nondum in tali ætate constitutus, electio esset valida, ut de facto fuit valida reputata, et habita electio Joannis XII ætatis 18 annorum, et Benedicti IX ætatis decem annorum. — 55. Modus seu forma pro eligendi Summi Pontificis ubi habeatur? — 56. Triplici tantum forma, seu modo potest fieri Papæ electio; scilicet per scrutinium, per compromissum, et per quasi inspirationem. — 57. Triplex hic modus eligendi Summum Pontificem ubi tradatur? — 58. Electio Papæ debet celebrari in conclavi clauso, et uno ex dictis tribus modis, alia nulla est et invalida eo ipso absque ulla declaratione; et tam electus, quam eligentes, ejusque fautores, et complices incurrunt excommunicationem aliasque censuras et penas Summo Pontifici reservatas, ad num. 60. — 61. Papa statim ac est canonice electus, est verus Papa quoad omnes effectus, et plenam absolutamque habet jurisdictionem exercibilem supra totum orbem. — 62. Unde Papæ electio non indiget confirmatione, uti alia inferiores electiones. — 63. Hinc mere cæremonialia sunt, quod papa non nisi post coronationem, Lateranensis Ecclesiæ possessionem nanciscatur, et quod ante consecrationem et coronationem, nec pontificatus annum scribat in litteris, nec integras bullas expediat, sed tantum brevia, nec simpliciter episcopum se nominet, etc. — 64. Imo aliter sentiens incurrit excommunicationem. — 65. Et de facto, quando protrahitur coronatio, Papa expedit etiam bullas sub plumbo cum intitulatione episcopi, et cum data Pontificatus, etsi ante coronationem. — 66. Papa, postquam suæ electioni consensum præstitit, aliud nomen sibi imponit. — 67. Assignatur ratio hujus mutationis. — 68. Quis fuerit primus qui e Romanis Pontificibus cepit nomen mutare? — 69. Non tenetur autem Papa nomen proprium mutare. — 70. Papæ consecratio seu intronizatio a quo fiat? — 71. Consecratio Papæ in episcopum, si non erat episcopus, ac benedictio, et coronatio ejusdem sunt diversa, et a quibus fiant? — 72. In die coronationis Papæ conburitur stupa, et interim sic inclamatur: *Pater sancte, sic transit gloria mundi.* — 73. In coronatione Papæ tertia collecta canitur de sancto P. N. Francisco. — 74. Alia ad rem ad n. 751 subnect. *Add. Cas. de fab. Papiss. Joan.*

(1. Papa non potest sibi successorem eligere, et si eligeret, irrita esset electio. Sic *Glossa* in c. *Apostolica*, § *His omnibus*, verb. *Beatus* 8, q. 1, quam sequuntur omnes, teste Felino in cap. 2, sub num. 23, col. 5, vers. *Fallit quarto*, De const. Item *Glossa*, in c. *Si transitus*, verb. *Non possit*, dist. 79, et ibi etiam archidiaconus, Bellamer., Geminian., et Præpositus, Abbas in c. *Accepimus* 5, De pactis, n. 2. ubi testatur hanc esse communem conclusionem. Doctores passim in c. *Licet de vitanda*, De electione, et ibi in specie Joann. Andreas, num. 13; Butrius, num. 3 et 21; Card., n. 9; in 6, q.; Abbas, n. 2; Decius, n. 7 et 8; S. Joann. de Capistrano, *De potestate Papæ*, n. 2, inter tract. *Com.*, t. XIII, fol. 32; cardinal. Zabarella in c. *Licet*, n. 9, De elect., et in Clement. *Ne Romani*, in 5 q., n. 5, De